

# PETRVS LAVREDANVS<sup>215</sup>

D U X LXXXIV.

*Creatus 12. Octobris 1568. Annum agens 86. obiit  
4. Non. Maii 1570.*

## EPIGRAPHES PRISCA.

*Innuitata annone penuria: frumento summa prudentia importato, publicè  
navalis incendio compresso, exortum Turcicum bellum constanter suscepi, sic, ut  
non dubia victoria spe, maxima eius conficiendi oportunitas pararetur.*



LXXXIII



**R**elix discordia, in quà potentior esse non potest, nisi qui melior: Naturæ lex ista: Potioribus deteriora submittere. Per tredecim dies, Electores dissoni, diadema præstantibus Mathæo Dandulo, Hieronymo Grimano, Aloysio Mocenico, Iacobo Æmiliano D. Marci Procuratoribus, cum in præsentem minimè convenire possent, in Petrum tandem Lauredanum, Mocenico in primis adnidente, inclinarunt senio confectum, Annos agentem sex supra octoginta, præter totius Civitatis, ipsius quoque expectationem. Ex gente antiquitùs *Mainardà*, quæ à Mutio Scevola adversus Por-